





1606, 3

91.

8

D. O. M. A.

EX CONTROVER-
SO JURE CIVILI, CANONI-
CO, FEUDALI, SAXONICO, ET PRO-
VINCIALI MISCELLANEARUM
questionum decades
tres.

Q U A S

Ex unanimi consensu & decreto Nobilissimi &
Amplissimi Jctorum ordinis in inclyta Aca-
demia Jenensi,

P R A E S I D E

DN. JOANNE Schwaben
J. U. D. & P. P.

*Pro summo in utroq, jure gradu, privilegiis &
insignibus consequendis publice discutien-
das proponit*

PETRUS THEODORICUS
CIZENSIS,

Ad diem 21. Junij; Anno 1606.

J E N A E

TYPIS LIPPOLDIANIS.



MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, ET
CONSULTISSIMIS VIRIS:

DN. JOANNI TIMÆO JCto
Præstantissimo, Episcopatus Numburgensis & Cizen-
sis Cancellario gravissimo, Assessori judicii pro-
vincialis Lipsiæ dignissimo.

DN. DANIELI SCHNEIDERO &
DN. GEORGIO WINTERO JCtis experientis-
simis, & in aula Vinariensi Consiliariis fidelissimis
& spectatissimis;

Dominis fautoribus & promotoribus suis
multum colendis,

*In animi grati testimonium
&
Observantia signum*

*Hasce Miscellaneas quæstiones
Offert, dicat, & consecrat*

PETRUS THEODORICUS
Cizensis.



QUÆSTIO

I.



Um defensio omni De just. & jur. ex l. ut vim.
jure licita sit, quæri solet, An si-
cuti ob sui: ita etiam ob simplicem
rerum defensionem liceat homi-
nem interficere? Et non licere a so.

l. 45. §. qui cum 4. ad l. Aquil. & ibi Costal. l. 4. eo. l. 9. ad l. Cornel. de sicar. ang: l. 3. ff. de Just. & Jur. Treutl. r. disp. i. th. 4. c. Fachin. r. contr: c. 31.

II.

Celebris controversia est, An civitas possit
condere statuta absq; confirmatione superioris?
Affirmo, dummodo in ijs jus superioris non De ll.
lædatur.

Per l. fin. ff. de colleg. & corp. Item l. si quis. §. C. de legatio. Licet enim civitas superiorem recognoscens generaliter omnes leges abrogare nequeat l. fin. C. de ll. t. t. C. de vet. jur. enucl.: nihilominus tamen uni atq; alteri legi ob publicam utilitatem civibus ejus locipeculiarem, & propter commodiorem loci administrationem (Potest enim lex aliqua vel juris civilis solennitas, secundum varios regionum & populorum mores vel bonos vel pravos, esse aut necessaria, aut superflua & ociosa, & quæ nihil utilitatis præter molestiam & laborem afferat) derogare non prohibetur. l. per iniquū. C. de jurisd. om. jud. argumento l. jus civile. ff. de just. & jur. Sicuti jus civile vel lex aliqua superioris, aliqua ex parte potest derogare juri Divino & legi naturali ex causa scilicet: ita etiam statuta civitatis poterunt aliqua ex parte ob utilitatem publicam, quæ potissimum in statutis condendis attenditur. l. si quod extraordinarium. §. in

A 2

loco.

loco C. de lega. derogare juri communi Br. & Jas. ad l. omnes populi. ff. de just. & jur. Idem Jason ad L. cunctos. C. de SS. Eccl. Vasq. de success. crea. §. 2. n. 20. Vide Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 12.

III.

De jurisd.

Inextricabilis est hujus quæstionis labyrinthus, num merum imperium præscribi possit? Quod veritate juris civilis inspecta rectè negari puto.

Quia non est concessibile. Lege enim competit, nec alio modo in alium transferri potest. l. 1. ff. d. off. ei. cui mand. E. nec præscriptibile l. 2. C. de usue. pro emp. Facit l. longa. de mort. infer. Deinde quia longè alius apud Romanos erat Reipublicæ status. Dignitates enim & munera publica non transibant in heredes, ut hodie in feudis regalibus & alijs accidit, sed ut personalia personam non egrediebantur, simulq; cum iisdem finiebantur, teste Fenestello, Pomp. & al. *De consuetudine verò inveterata, præscriptione longissima, ut & iure Saxonico 31. annis 6. hebdomadis & tribus diebus, præsertim à superiore contra inferiorem illud acquiritur.* Welenb. in par. ff. de jurisd. n. 9. Dn. Præceptor. Hackelm. illustr. qq. disp. 1. th. 29. Ubi etiam addit limitationem.

IV.

De postulan.

Sæpissimè quæri solet, si advocatus per ignorantiam vel socordiam omittit id, quod causæ deserviebat, an judex illum defectum supplere possit? Et Resp. quod supplere possit quod scit legibus & juri publico convenire: Et si quid contra leges animadvertit, id proferre & opponere potest, ut dicere tempora appellationum esse elapsa.

l. 2. C. de temp. & rep. app. Quamvis enim juris allegatio ad advocatos pertineat: tamen officio Judicis, ut sententiam legibus consentaneam ferat, maximè convenit in pr. Inst. de off. jud. l. placuit C. de jud. Br. & Costal. ad l. 2. ff. de per. hered. *Hinc etiam exceptionem præscriptionis*

ptionis à parte non oppositam ex officio Iudicem supplere posse constitutum est Novel. Elect: constit. 25. p. 1. ubi ll

V.

Acerrimè inter se digladiantur Dd. an Minor 25. annis possit esse procurator ad lites? ^{De procurat.}
Affirmativam tanquam theoricæ veritati magis consonam, contra communem defendemus.

§. justæ. Instit. qui & quib. ex cau. manum. qui textus sanè de procuratore ad litè accipiendus. Imperator enim ibi agit de justis & necessarijs manumittendi causis. Si vero d. §. secundum quosdam, de procuratore negotiorum intelligi deberet, justa manumissionis causa non esset, cum etiam puer, servus & pupillus negotia extrajudicialia rectè administrare possit. l. 1. §. cujus 4. de exercito. act. l. 7. §. fin. de instit. act. Pluribus Dn. Arumæus. exercita. Justin. disp. 1. th. ult. *Hinc etiam minorem Doctoris titulo decorari posse multi rectè statuunt* arg: l. 1. C. qui & adverb. quos. ubi Dd. Ut n. malitia. ita hic diligentia & industria supplet ætatem l. 3. C. si min. se maj. dix.

VI.

Non raro in Iudicijs quæri solet, an libelli ^{De judic.} mutatio post litem contestatam permessa sit? ^{gewehr} Veritate inspecta affirmativam veriorerem asserimus tam de jure civili, (a) quàm Saxonico, quo etiam post litem contestatam, guardanda tamen nondum præstita, libellus mutari potest. (b)

(a) §. Sin minus. Inst. de act. l. 4. §. ult. de nox. act. l. cum fundum. §. ult ff. de vi & vi arm. Donel. ad §. 34. Inst. de act. Vacon. à Vacu. 6. declarat. c. 89. (b) art. 14. Landr. lib. 2. art. 63. Landr. lib. art. 40. Weichbild. art. 115. Weichbild. qui textus actori mutationem libelli guardanda nondum præstita permittentes generales sunt. E. generaliter intelligendi, nec in actoris odium retorqueri debent. Maul. in. suo proces. in tit. Von der Gewehre. *Negativa tamen sententia usu recepta & jure Constitutionum Electoralium in hisce terris etiam indistinctè obtinet* Novel: Elect: Constit. 11. p. 1. & ibi Moller. Gail. 1. obs. 28.

A 3

VII.A

VII.

De usufr.

A Feudistis valde in dubium vocatur, utrum patri constituatur usufructus in feudo filij? Negativam cum communi tuebor.

Quia feuda censentur jure *ιδιοκτητης και οιοει ιδιοκτητης* Cujus neq; *κτησιν* neque *χρησιν* pater habet l. 1. C. de pastr. pec. Sed filiusfam. in ijs pro patrefam. habetur l. 2. ff. ad Maced. Wesl. de feud. c. 1. n. 4. Schneid. de feu p. 3. n. 98. Borch. de feu. c. 5. n. 48. Et licet patre mortuo rota utilitas feudi ad filiū revertatur, ut Niellius asserit: interea tamen filius nihil habiturus esset proprietate apud concedentem & usufructu apud patrem remanente; cum tamen ipse onus sentire debeat, & per consequens etiam commodum.

VIII.

De lege Aquil. & noxal. act.

Dubia admodum & practicabilis quæstio est, An is, in cujus ædibus incendium oritur, vicino exinde damnum passio teneatur? Negatur, nisi culpa certæ & determinatæ personæ id excitatum fuisse actor probârit.

Quia incendium, non probata certi hominis culpa, inter casus fortuitos numeratur l. incendium. C. si cert. pet. qui regulariter nemini imputantur l. quæ fortuitis. C. de pignorat. act. l. 11. §. 5. ff. de mino. 25. an. Deinde quia incendium culpa inhabitantium & certi hominis ortum esse ejusmodi qualitas est, quæ præcisè ad recuperandū damnum requiritur, cum non ex dolo & culpa tantum vicini, sed multis modis, puta fatali malo, aut per vim majorem cui resisti nō potest, item dolo tertij & culpa familiæ circa officium sibi commissum non delinquentis contingere possit, quibus etiam casibus Vicinus non teneretur. E. illa qualitas specificè probari debet juxta l. quoties. §. qui dolo. de probat. l. dolum. C. de do. ma. cum simil. Alias n. sententia condemnatoria, quæ certa esse debet l. licet. §. fin. ff. nauar. caup. stab. sequi non potest. Sed potius Reus in dubio absolvendus erit arg. l. 2. ff. de prob. Joan. Koppen. decis. 38. n. 24. & 25. Præter alios omnium latissimè & elegantissimè Dn. Præceptor Virgil. Pingitz. decis. Jenens. 24. Ubi etiā secundum hanc sententiam, quæ summa æquitate nititur, in scabinatu Jenensi pronunciari testatur. Licet magni nominis Jcti contrarium sentiant. Adde etiam omnino Rauchbar. qq. p. 2. q. 10.

IX. An

IX.

An à Iudice pro arbitrio faciendā sit divisio hereditatis; & hæc ex ambiguis quæstio est, Fam. her-
cisc.
Quod de jure civili rectè affirmant Legistæ

Per l. 3. in pr. C. comm. de lega. Schn. ad §. 2. Instit. de act. n. 61.
*De auctoritate vero juris Saxonici & Germaniæ consuetudine, quæ eti-
am in Camera recepta est, duobus tantum ad hereditatem vocatis
Majori conceditur divisio: Minori verò jus τῆσ ἐπιλογῆσ competit.*
art. 29. Landr. lib. 3. No. Elect. const. 15. p. 3. & ibi Moll. Coler. de pro-
cess. execut. p. 1. c. 3. n. 40. Schurff. consil. 9. n. 49. Gail. 2. obs. 116. n. 14.
*Utrum autem hæc juris Saxonici dispositio procedat eo etiam in casu,
quo tres vel plures quidem post mortem patris tempore delatæ he-
reditatis fuerunt, tempore autem divisionis saltem duo adhuc super-
stites sunt? Et itidem rectè affirmatur.* Licet enim regulariter in acqui-
renda hereditate tempus delatæ uel aditæ hereditatis respici soleat l. non
est dubium 13. & ibi Bl. C. de ju. deliber.: Id tamen verum esse potest in
illa dispositione, unde de alio tempore, ad quod respiciendum sit, non
apparet. Ideoque cum ex verbo *Capiendi*, quod in textu juris Saxo-
nici extat, ad divisionis tempus respiciendum esse, satis appareat, meritò
etiam in hoc casu dispositio juris Saxonici obtinebit. Eleganter Dn.
Rauchbar. 1. p. quæ 1. 40.

X.

An lusu deperditum debitor necesse habeat solvere: Et si solvit id condicere possit? De condi-
tionibus,
Prius nego, Poster. affirmo.

l. fin. C. de aleator. ex ludo enim cum non rarò graviora facinora e-
mergant, multiq; ad inopiam redigantur l. fin. in pr. C. de relig. & sumpt.
l. un. non injuria jure cautum est, ne ludo tam noxio indulgeatur, præfer-
tim cum reipublicæ etiam intersit, ne quis re sua malè utatur. §. Sed hoc
Inst. de his qui sunt sui vel alie. ju. *Limitatur* tamen in lusu qui fit vir-
tutis causa, ut hastæ, pilæ, cursus, saltus, luctus, pugnæ. Item, aleæ &
in lusu chartarum, ut vocant, si magis delectationis quàm lucri causa fi-
at in convivijs honestis & inter personas bonæ famæ Don. 14. comm. c.
20. Wesenb. in tit. ff. de aleator. n. 4. *De jure Saxonico* licet lusu de-
perditum quis solvere non teneatur art. 1. Landr. art. 6.: nulla tamen
competit condictio ad solutam pecuniã repetendam. Wes. d. loco. Rein-
hard. diff. ju. Civ. & Sax. 7. p. 6.

XI. Com-

XI.

Commo-
dati.

Commodatarius, si rem commodatam re-
miserit per nuncium, re perempta, aut à nuncio
averfa, an liberetur, ambigitur? Affir: nisi qua
culpa ei imputari possit, quod minus idoneum
elegerit nuncium.

l. 10. §. si rem. l. 11. l. 20. ff. commod. l. 34. §. 4. de solut. Commoda-
tarius enim, qui rem perferendam cōmittit illi, cui nulla infidet mali su-
spitio, excusatur propter *τύχραν αἰτίας*, vel cum accidat *μίσηματι*
τῆς τυχεῖς αἰτίας, à qua etiam diligentissimus quisque sibi præ-
cavere non potuit. per tex. notab. in l. argentum. 20. Commod. Costal.
ad d. l. 10. Gomez. var. resolut. 7. n. 3. Soarez in thes. com. sent. lit.
C. n. 399.

XII.

Ad sc.
Vell.

Intricata admodum & anceps inter Dd.
quæstio est, an mulier renunciare Scto Velleia-
no possit, ita, ut postea ab hoc beneficio excluda-
tur? Et regulariter renunciationem extrajudi-
cialem mulieri non nocere verius putamus.

Quia propter calorem judicij multa consistunt, quæ alias nul-
lius sunt momenti l. cum ostendimus. §. fin. de fideuss. tut. 1. Nisi ta-
men illa renunciatio extrajudicialis fiat vel biennij spatio interjecto l. 22.
C. ad Vellejan. 2. Vel mediante juramento. c. ex rescripto. de jure jur.
3. Vel in casu l. ult. §. pen. ad Velle. 4. Vel nisi mater vel avia liberorū suo-
rum tutelam suscipiat. l. ult. auth. matri & avia. C. quando mul. tutel.
off. fungi. Extra hos casus renunciatio nullius ponderis. Quia alias
haud opus fuisset speciali concessione, si id jure communi permissum
fuisset. Facit l. 1. & l. fin. C. si mat. indemn. promiss. & textus insignis.
in pr. Instir. quib. aliena. licet. Wes. in parat. ff. ad SC. Vell. in fin. Co-
stal. ad l. fin. d. t. Don. 12. comm. c. ult. *Nostris verò moribus interces-
sio & renunciatio mulieris injurata etiam, accedente tamen curatoris
authoritate in judicio facta valet.* Nov. const. Elect. 16. p. 2. ad cujus
constitutionis declarationem omninò confer. Rauchbar. qq. 1. quæ
34. n. 48.

XIII. Ju-

XIII.

Jure Saxon: præsertim noviss: constitut. ^{De recon-}
Elect. reconventionem locum habere, amplius ^{vent.}
dubitari non debet (a) Quia a. quando recon-
ventio ex conventionem dependet, non admitti-
tur illa, nisi hæc prius finita, non ineptè hic quæ-
ritur: Quando conventio finita dicatur, an per-
sententiam definitivam, quæ transivit in rem
judicatam: An v. per executionem sententiæ
demum? Posterius cum Wesenb. rectè affir-
mat Mollerus. Cui etiam subscribo. (b)

(a) lib. 1. Landr. art. 61. in fin. & ibi apostilla. lib. 3. Landr. art. 79.
Nov. constit. Elect. 7. p. 1. & ibi Moll. (b) Quia verba cum effectu sunt
accipienda. Jam autè in d. constit. Elect. 7. habetur, quod Reus prius ab
actore se liberare debeat sich entbrechen solle / quod sane per solam latam
sententiæ nisi etiam exequatur, fieri nequit. E. quò verba suum habeant
effectum de finita conventionem per executionem factam accipi debent. l.
si prætor. in pr. ff. de re jud. & l. fin. ff. nequid in loco. pub. Moller. d. loc.

XIV.

Occasione hujus de reconventionem materiæ,
hæc facti contingentia attingi potest: Quidam
cõventus à pluribus petitionem hereditatis, obje-
cit illis exceptionem spoli, ob quod, antequam
etiam actionem spoli, quam ad pleniorum resti-
tutionis impetrandæ effectum jam præparabat,
intentasset, præventus ab uno ex Spoliatori-
bus, insuper actionem injuriarum conveniebatur.
Quæritur igitur an hic Spoliatus, hac actionem
injuriarum non obstante, & antequam illa sit fi-
nita, adhuc suam actionem spoli adversus sin-
gulos spoliatores adeoq; etiam adversus hunc,
B qui

qui actionem injuriarum instituit, intentare possit. Et directò, (a) non posse putarem sed per viam obliquam. (b)

(a) per d. constit. Elect. 7. p. 1. Licet enim actio injuriarum Videri possit, quod non causam dederit huic spoliij actioni, nec ex illa injuriarum actione originem sumserit: Quippe quæ nata fuisset antea & per se substitisset etiam si actio injuriarum ab adversa parte penitus intermissa fuisset. Ad suspendendam tamen reconventionem sufficere hinc debet, quod ambæ sint actiones connexæ, quodq; ex una eademq; causa pmanarint. Nisi enim objectum fuisset spolium, nullatenus sane actio injuriarum oriri ejus nomine potuisset. Nec enim hic interest utram reconventio ex conventionem vel vice versa conventio ex objectione criminis orta sit (b) replicando de continentia causæ & connexitate personarum & litis consortum. Multa n. obliquè cõceduntur, quæ alias directò & principaliter non concederentur l. 1. ff. de auct. tut. (Unde etiam ob hanc causæ & personarum continentiam, multa alia longè majori eum difficultate admittenda, conceduntur, De quibus videndus est Gail. de pa. pub. lib. 1. c. 6. n. 16.) 2. Quia idèò continentiam causæ & personarum dividi jura prohibent, ne partes indebitè pluribusvè actionibus denovo adversus singulos instituendis defatigentur, sumptibusq; hac in parte parcatur c. fin. de rescript. & ibi dd. Quod in proposita facti contingentia, nisi simul & adversus illum, qui actionem injuriarum intentavit, anteam finitam actio spoliij locum haberet, vel maximè eveniret.

XV.

De empt.
& vendit.

Num venditor ejusq; heredes ad rei venditæ traditionem teneantur, inter interpretes vehementis est concertatio? Affirmativæ sententiæ, licet eam post alios quam plurimos Fachin: valdè impugnet, subscribo.

l. ex empto. §. 1. 2. ff. de act. emp. §. sedet cert. Instit. de empt. & vendit. & c. l. ex contractibus. ff. d. O. & act. Quia si venditor liberetur præstando interesse, rem eandem alteri Vendere posset, quod tamen non potest. l. qui duobus. 2. 1. ad l. Cornel. de fal. Quin imò eo ipso crimen stellationatus incurrit l. 3. §. maximè. ff. de crim. stellationat. Fallit hæc sententia si tradendi facultatè Venditor non habeat l. 1. d. l. ex empt. ff. de act. emp. l. si traditio. C. eo. Vel si factum aut res incerta sit in obligatione. l. si jactum retis. de act. emp. l. stipulationis. de V. O. Coras. 2. miscell. 3. n. 7. Costal. in l. 1. de act. emp. Bronc. cent. 1. ass. 91. Anton. Fab. 6. conject. 17.

XVI. An

XVI.

An dominus feudi consentiens in hypothecam teneatur etiam ad id quod interest? Aff. De pignor:
& hypoth:

Per ea, quæ affert nobiliss. JC. Hart. Pistor. 2. p. quæ. 49. n. 18. & seqq. Hinc cum immobilia de jure Sax. non nisi cum consensu Judicis efficaciter pignori dari possint, etiam Judex creditori idoneam esse hypothecam affirmans cum non sit, ad interesse à creditore conveniri potest. Damnum enim dare videtur, qui occasionem damni dat. l. qui occidit §. in hac actione. ff. ad l. Aquil. Moller. lib. 1. semestr. c. 21. Treutl. 2. disp. 1. th. 2. lit. F.

XVII.

Circa consensum parentum in nuptiis liberorum contrahendis, necessario adhibendum varia moventur dubia. Inter quæ & illud haud postremum ist, An is consensus adeo requiratur, ut etiam sine illo contractæ & consummatæ nuptiæ dissolvi rursus queant? Et licet ex stricti juris ratione rescindendæ forent: Ex æquitate tamen sustineri debere statuo (a) Ut & alias de jure Canonico indistinctè rescindi non possunt. (b) De sponsa:
& nupt:

(a) l. 1. in fin. ff. de lib. exhib. Quia sæpè quæ fieri prohibentur facta tamen obtinent firmitatem l. 1. §. 5. ff. quan. appel. Dn. quia hæc separatio nihil postea profutura est parentibus, utpote quæ ipsis jus suum semel violatum restituere nequeat. Carnaliter autem agnitæ magnam affert injuriam: Pudicitia enim amissa maritum quoq; amitteret. Ut interim taceam majus scandalum quod exinde oriri, & occasionem, quam hæc separatio aliis gravioribus delictis præbere potest, læsionem conscientiæ & alia plura incommoda E. nec admitti debet. Cum humanitatis etiã ratio, ut quod mihi amplius non prodest alii vero multum damni affert, si possum, præcaveam, postulet. Nisi tamen simul in eo versaretur publicum interesse. Wel. 10. tit. ff. de n. nup. n. 3. Schneid. Instit. de nup. Beust. de matrimo. c. 45. Item c. 47. (b) c. cum causa. d. raptor. c. cum apud de sponsal. ali.

XVIII.

An autem eo casu, quo matrimonium non rescindi-

B 2

scindi-

scinditur, liberi nihilominus à parentibus exheredari possint, inter Dd, controvertitur? Et de filiabus minorennibus minor est dubitatio, Cum de iis Nov, 115. c. 3. §. si alicui 11. expressè loquatur. Verum idem etiam de filiis assero.

Per d. No. 115. Idq; non tantum ex interpretatione extensiva sed etiam ex interpretatione comprehensiva & expositiva. Deinde quia in filiis eadem, quæ in filiabus, militat ratio, quæ nim: est ut ob injuriam parentibus illatam liberi inobedientes plectantur. Quinimò major in filio quàm in filia militat ratio. Ille enim non solum in eo patrem gravi injuria afficit, dum sui ipsius quasi furtum facit & se ei quodammodo subtrahit: Verùm etiam in hoc maximè quod patri invito suum heredem obtrudat. contra §. & tam filium. Instit: de adop: Duar. ad tit: ff. sol. matr. c. 2. Hænon. controvers: illustr: disp: 2. contr: 11. *Unde ex nova ordinatione Electoris Saxonie t. von Ehegelobnissen fol: 99.* pro qualitate causæ usq; ad dimidinum legitimæ vel etiam in totum exheredari & carcere puniri & insuper ex ditione exterminari liberi hoc in casu possunt. Cui consentit statutum Lipsiense, quo cavetur ut liberi absq; cōsensu parentum matrimonium contrahentes usq; ad legitimam exheredari debeant. Vide Beust: de sponsal. c. 20. Idem de matrimonio. c. 46. fo. lib: 183.

XIX.

Quæritur etiam hoc in casu, an pater filiam dotare nihilominus necesse habeat. Quod nego simpliciter.

Quia filia nubens absq; patris consensu, dote se reddidit indignam per injuriam patri illatam. Unde frustra legis auxilium invocat, quæ in illam commisit l. auxilium. ff. de mino: Deinde. Quia patri hoc in casu plus licet nim: filiam tota hæreditate paterna privare & exheredare, ut ex præcedenti quæstione constat. E. etiam ei licebit quod minus est nim: filia dotem denegare. l. non debet. de R. J. Alex: consil: 33. lib. 4. Hyppol: Riminal: in consil: matrimonial: 95. 78. per totum.

XX.

An deniq; in tantum consensus parentum requiratur, ut rati habitio ad hoc, ut liberi nati sint

sint legitimi, non sufficere debeat, disquiritur?
Respectu habito ad veterem Romanorum mo-
rem, juxta quem inter uxorem coemptam & u-
suariam distinguitur, res expedita est, coemptæ
nuptias rati haberi non posse, cum eo in casu ob-
solennia emancipationis consensus parentum o-
mninò necessarius fuerit. Secus autem esse in u-
suaria cum ibi consensus quidem aliquis sed non
solennis adeò requireretur. Respectu habito ad
nostra tempora, licet ex stricti juris ratione rati-
habitionem non sufficere, multi statuunt: ex
æquitate tamen in contrariam sum proclivior
sententiam.

Quia duplici æquitate concurrente præferenda est major æquitas.
At hic duplex concurret, una ex parte parentum in præcepto illo suum
cuiq; tribuere ut nim: eis debitus honos quoad requirendum consensum
tribuatur. Altera ex parte liberorum in præcepto altero, neminem læ-
dere, ne videlicet hac ratione liberi nati illegitimis & spuris anume-
rentur. Et hæc posterior æquitas major procul dubio est. Quod vel ex
inde patet, quod præceptum primum sæpius negligatur: Alterum tamen
impleri possit & necesse sit. Exemplum sit in depositione gladij furioso
non reddendi. E. meritò hæc posterior æquitas priori præponderare
debet. Wes. Instit. de nup. Bronch. cent. 3. quæ 4. Et hanc sent. etiam
amplectitur Beust de matrimo. d. c. 46. fol. mihi 181. Ubi vide.

XXI.

In materia testamentorum anceps <sup>De testa-
ment.</sup>
illa & intricata quæstio occurrit, num di-
spositio juris Canonici in c. cum esses. extr. d. te-
stam, secundum quod testamentum coram du-
obus testibus factum valere jubetur, porrigen-
da sit in terris imperii ad laicos? Nego simpli-
citer,

B. ;

Quia

Quia ipsum c. loquitur tantum de civibus Hostiensibus, qui Papam recognoscunt quoad utramq; jurisdictionem. 2. Quia qualibet despositio statuentis ad limites suæ potestatis est restringenda. l. fin. ff. de jurisd. Deniq; huc spectat recepta illa Dd regula: Quando jus Canonicum & jus civile discrepant in causis non concernentibus spiritualia tunc servari debet jus Canonicum in terris Ecclesiæ: Jus verò civile in terris imperij per tex. in c. 1. ext. de no. op. nunc. & ibi notata. Fach. 6. controv. c. 47. Ubi Varias de hac quæstione opiniones refert. Vide omnino Moller. lib. 3. Semestr. c. 14.

XXII.

Filius justè exheredatus num etiam feudo ex pacto & providentia privetur, extra dubitationis aleam non est positum? Negamus.

Quia nulla ordinatio defuncti de feudo Valet. pr. de success. feu. E. nec exhereditio. 2. Quia pater filium ob in gratitudinem ab ijs saltem bonis excludit quæ ab ipso proficiuntur. Sed ejusmodi feuda non à patre sed à primo acquirente proficiuntur. E. Schn. de feu. p. 6. n. 3 o. fol. mihi 494.

XXIII.

De success.
ab intest.

Deficiente linea descendente tam de jure Saxonico quam civili pater & mater, si soli supersunt pariter & æqualiter succedunt: Nū verò id indistinctè sive ea bona ex linea paterna sive materna ad filiū pervenerint, verum sit, non immeritò ambiges? Et nihil referre puto.

Nov. 118. c. 2. auth. de defuncto. C. ad SC. Tertull. Nov. Elector. const. 17. p. 3. Hartm. Hartmanni in pact. obs. tit. de success. 40. obs. 33.

XXIV.

De donat.

Cum certi sint modi revocandæ donationis quæritur, si donatarius contra donatorem postulaverit, an id quod donatum est, tanquam ex causa ingratitude ab eo repeti possit? Et regulariter non posse statuo.

Quia hæc causa ingratitude non habetur in fin. C. de revoc. don. & nusquam in jure expressa est. Et ὁ ἄριστος νόμος ἀφαιρεῖται

περὶ

geor. 82. est Nisi tamen eo ipso grave damnum rebus donatoris in-
tulerit Schn. in §. sciendum. n. 6. Instit. dedonat. Dn. Præceptor. Ha-
ckelman. in prælectionibus publ. ad rit. ff. de postul.

XXV.

Utrum Vasallus thesaurum in fundo feu-
dali reperiens eum cum domino dividere debe-
at dubitatur? Affirm, magis placet.

De acquir.
rer. dom.

Per §. thesaurum, Instit. de re. di. l. un. C. de thesaur. c. 1. in quib.
• au. feu. am. Dn. Præceptor Hackelm. illustr. qq. dif. 7. th. 6.

XXVI.

In materia præscriptionum apud Canoni-
stas in disquisitionem vocatur & illud: num jus
patronatus præscriptione acquiratur? Et si Ec-
clesia non est patronata, jus patronatus 40. an-
nis, sin vero patronata est, illud contra Laicum
patronum 10. vel 20. annis præscribi cum
communi statuo: Quamvis & hoc casu aliqui
etiam 40. annos requirant.

De præ-
script.

(a) c. percuncta 1. de jur: patro: c: quærelam. 24. de elect. c: generali
13e in fin: eo. n. 6. Balb: in tract: præscript: p: 5. principal: quæst: 9. n: 2.
Wes: consil: 48. n: 6.

XXVII.

De constitutione L. 7. C. unde vi Dd. va-
riant, num ipsius severitati, foeminae, minores,
milites, & rustici possessionem propriam inva-
dentes subjiciantur? Affirm.

De inter-
dict.

1. pen: Instit: bon: rap: ver: sed nedum talia. Quia rustico erranti
in jure civili non succurritur uti & reliquis nisi in casibus à jure expressis.
l. ult: C. de ju: & fact: ignor: Menoch: remed: recup: poss: 9. n. 24.

XXVIII.

Non minus pulcra quã inter interpretes valdè
agitata quæstio est, An fidejussoris obligatio ex
mora

De fide-
jussor.

mora Rei augeatur, quoad usuras, vel id quod
postea accessit, aut interesse præstandum? Et
non augeri, nisi se in omnem causam obligarit
fidejussor, verior & æquitati magis consentanea
sententia nobis videtur.

Per l. centum capuæ. 8. ff. de eo quod certo lo: l. fidejussores. 68.
§. 1. l. 54. l. fin: ff. de fidejuss: l. 10. C. eo. l. quæro. ff. loca. l. 5. C. de pac. in-
ter emp: & ven: Quia fidejussor ultra id quod palam verbis comprehen-
sum est non tenetur: quia id omissum intelligitur. l. quicquid adstringen-
dæ. 99. de V. O. Tempore autem obligationis nihil præter sortem verbis
erat comprehensum. E. & in nihil amplius adeoq; nec in usuras tenebi-
tur. Coras. 2. miscell. qq. c. 12. Gædd. intr. de contrah. & comm. stip. c.
II. conclus. 10.

XXIX.

Haud vulgaris quæstio est, utrum nobiles,
Doctores, Senatores, milites, & aliæ personæ
in dignitate constitutæ inconsulto Imperatore
torqueri possint? Quod rectè negatur.

l. nullus 4. C. ad l. Jul. majest. c. quando. de majestis. l. omnes C. de
decur. l. 11. l. decuriones. C. de quæstion. l. milites. 8. C. eo. Consuetudo
etiam quam in contrarium Valere dicunt. Tiraq. de nob. c. 20. Clar.
lib. 5. sent. §. fin. quæ. 74. n. 19. & alij Jure scripto expressè improbari vi-
detur in l. decuriones. C. de qq. l. omnes Judices ubi Br. C. de decurion.
Zanger. intr. de quæst. c. 1. n. 22. & seqq. *Et hæc sententia in hisce etiã
regionibus ex beneplacito Illustriss. Electoris Sax. Augusti pronun-
ciando observatur. Paucis tamen casibus in gravioribus delictis exceptis.*


XXX.

Numerum tricennale claudat quæstio il-
la pulcerrima, An puella Reum mortis à pœna
liberet, si in matrimonium eum ducere parata
sit? Negativa licet de jure verior: Aliis tamen
circumstantiis accedentibus, haud immeritò id
arbitrio Judicis relinquetur.

arg. l. aliud. §. 1. de V. S. l. publica. §. fin. depo. Quæ sententia eti-
am in dicasterio Jenensi observatur attestante. D. Virg. Ping. decis. Jen. 8.

F I N I S.







X2617642

1017







1606, 3

91.
180

O. M. A.
CONTROVER-
SIVILI, CANONI-
SAXONICO, ET PRO-
MISCELLANEARUM
tionum decades
tres.

QUAS
su & decreto Nobilissimi &
cum ordinis in inclyta Aca-
mia Jenensi,

Æ S I D E
NNE Schwaben
D. & P. P.

g, jure gradu, privilegiis &
quendis publice discutien
as proponit

THEODORICUS
ZENSIS,
Junij; Anno 1606.
EN Æ
IPPOLDIANIS.

